et dealbat. Mundat ab actuali. lauat ab
originali ⁊ dealbat a veniali. In h⁹ ſignifi
catōe xp̄s ſanguinē fudit de manib⁹ vt la
uaret actuale. de latere vt lauaret origina
le. de pedib⁹ vt lauaret veniale. ¶ Scd̄o al
tare dr̄ ſanctum. q᷑ nos firmat ſcȝ ꝑ ſacra
mentū. facit em̄ nos firmos ⁊ fortes in ag
grediendo ardua. Hoc ſignificatū eſt pri.
Macha. vj. vbi dr̄ ꝙ elephantis oſ̄derūt
ſanguinē vue ad acuendū eos ad preliū.
Facit nos firmos ſufferendo aduerſa Ne
bre. xij. Recogitate eū qui talē ſuſtinuit a
peccatorib⁹ aduerſum ſe ꝯtradictōnem vt
non fatigemini animis veſtris deficientes
Facit nos firmos pſeueranter ꝯtinuādo
fortia iij. Reg. xix. Ambulauit in fortitu-
dine cibi illius ⁊c̄. p̄s. Panis cor hoīs
ꝯfirmat. De hijs exemplum habemus in
xp̄o qui magnanimiter aggreſſus eſt ar-
dua ⁊ crucē aſcendit. Conſtanter ſuſtinu-
it aduerſa qn̄ vulnera fortiter tolerauit. ⁊
pſeueranter ꝯtinuauit fortia ſcȝ qn̄ de cru
ce deſcendere noluit ¶ Tercio ſacramentū
dr̄ ſanctū. q᷑ ſanguine ſuo nos tingit. ſcȝ
qn̄ ſue paſſionis memoriam nobis impri
mit tangendo noſtꝝ intellectum per medi
tatōem. Deutero. vj. Meditaberis ſedēs
in domo tua. ⁊ noſtꝝ affectū per deſideriū
⁊ deuotionē. Job. xxxix. Pulli eius lam
bunt ſanguinem. ⁊ totam vitam noſtram
per imitationem. j. Petri. ij. Chriſtus paſ
ſus eſt pro nobis vobis relinquens exem
plum ⁊c̄.

¶ De officio diuino.
Sermo primus

**D**Edit in celebra
tionib⁹ decus ⁊c̄. Eccleſ. xlvij.
Iſta verba fuerunt dicta de dauid ꝓphēta
⁊ poſſunt ꝯuenientius dici de beato greg.
papa qui miſſe celebratōem pulchre ⁊ de
core ordinauit. ⁊ ipſum miniſtꝝ celebran-
tem pulchro habitu inſigniuit. Videam⁹
ergo ꝗ̄ȝ decorus ſit habitus miniſtri. Se
cundo ꝗ̄ȝ decora ſit celebratio miniſterij.
¶ Miniſter namqȝ in ſuo habitu dȝ eſſe de-
corus. Primo q᷑ in capite coronam deco
ram dȝ habere. In qua ſiquidē corona fi-
unt tria. ſcȝ piloꝝ abraſio. capilloꝝ detrū-
catio. ⁊ forme ſpērice figuratio. Abraſio
aūt piloꝝ in ſuperiori pte capitis fit ad in
nuendū ꝙ inter ipſos miniſtros ⁊ deū ni-
hil debet eſſe mediū. ſed immediate debēt
deo vniri per vinculum caritatis. ꝑ idemp
titatem voluntatis. ⁊ per opera pietatis.
Miſericordia em̄ maxime deo ꝯiungit ho
minem. Capilloꝝ enim detruncatio ſuper
aures fit ad innuendū ꝙ omnia tempora
lia ſuperflua dn̄t reſecare ⁊ ſuperfluas co
gitationes abijcere a mente. ⁊ ad manda
ta dei adimplenda auditū liberū ⁊ expedi
tum habere. Circularis autē figuratio in
modum corone fit ad innuendum ꝙ ſer-
uire deo eſt regnare. ⁊ ꝙ ſunt miniſtri illi-
us qui principio caret ⁊ fine. ⁊ ꝙ de coro
na ſacerdotalis dignitatis peruenturi ſunt
ad coronam eterne felicitatis ¶ Secūdo dȝ
amictū in capite aſſumere tanqȝ galeam
ſpei. q᷑ dȝ ad altare accedere cum ſpe ⁊ fi-
ducia obtinendi. j. Theſſa. v. Induti ga-
leam ſpem ſalutis ¶ Tercio debet induere
albam tanqȝ loricā iuſticie. ad Ephxſios
vj. Induti lorica iuſticie. Sicut em̄ lori-
ca hoīem vndiqȝ tegit. ſic iuſticia cū alijs
ſuis virtutib⁹ vndiqȝ aīam tegit ⁊ munit
Prudentia em̄ aīam munit ab anteriori.
vt ꝓuideat de futuris Iuſticia a poſterio
ri vt ꝓuideat de futuris ⁊ ſatiſfaciat de p̄
teritis. Tempantia a dextris ne alliciatur
in pſperis. Fortitudo a ſiniſtris ne ſucum
bat in aduerſis ¶ Quarto debet cingi cin-
gulo caſtitatis ⁊ mundicie Ephx. vj. Sta
te ergo ſuccincti lumbos veſtros in verita
te. ⁊ j. Pet. j. Succincti lumbos mentis
¶ veſtre. Quinto dȝ accipere manipulū tan
ꝗ̄ȝ ſcutum fidei Ephx. vj. In omnibus ſu
mentes ſcutum fidei ⁊c̄. Ipſm autem ma
nipulum in manu ſiniſtra ponitur: quia



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcutum in ſiniſtra pte portat̃. ¶ Sexto dꝫ
accingi ſtola tanqꝫ enſe ⁊ gladio ancipiti
qui eſt gladius verbi dei vt incidat verbo
⁊ exemplo. Hebre. iiij. Viuus eſt ſermo
dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio
ancipiti. ¶ Septimo ꝑ planetam ſiue ca-
ſulam que deſuꝑ ponit̃ intelligit̃ caritas
que ſuꝑ omẽs virtutes ponit̃ quaſi cap̃
forma. Col. iij. Suꝑ hec aũt oĩa caritatẽ
habentes ⁊c. Vel ꝑ illã planetam intelli-
git̃ inſigne quoddã qđ cognoſcẽtia dꝛ. ꝑ
qđ cuius regis ſit miles agnoſcitur. ꝑ qđ
mortificatio carnis accipit̃. ꝑ quã chriſti
milites diſcernunt̃. Gal. v. Qui aũt ſunt
chriſti carneꝫ ſuam crucifixerũt cũ vicijs
⁊ ꝯcupiſcẽtijs. Poſtmodũ aũt ſacerdos
ſic ornatus ⁊ armatus ⁊ ad altare accedit
vbi etiam tribꝫ alijs armis ſe munit ſcilꝫ
ꝯfeſſione vt ſit mundus cum dicit Confi
teor deo ⁊c. Orõne vt accedat deuotꝰ cuꝫ
dꝛ Aufer a me dñe ⁊c. Et crucis impreſſi
one vt maneat ſecurus Ezech. ix. Super
quem videritis thau ne occidatis ⁊c. ¶
Secũdo videndũ eſt ꝙ decora ſit celebra
tio miniſterij. i. miſſe. que quidẽ decora ẽ
ꝓpter multa que ibi fiunt que magna cõ-
tinent ſacramenta. quoꝝ quedã ſunt ãte
ꝯſecratõnẽ. quedã vero ſunt ĩ ipſa ꝯſecra
tione. quedã ſunt circa ipſam ꝯſecratõnẽ
⁊ quedã poſt ꝯſecratõnẽ. Ante quidẽ cõ-
ſecratõnẽ plura fiunt que ſacra cõtinent.
¶ Primũ qꝛ ſacerdos ad ꝓplm ſe mãifeſtat
⁊ clara voce ipſum ſalutat. In vna tamẽ
illaꝝ licꝫ ſe ꝓplo manifeſtet. nõ tamẽ clare
ſed ſubmiſſe dicens. Orate frẽs ⁊c. Ille
aũt quinqꝫ manifeſtatõnes repreſentant
quinqꝫ apparitiones quibꝫ in ipſa die re-
ſurrectõnis ſe diſcipulis ſuis manifeſta-
uit. vna tñ illaꝝ fuit occulta. ſ. qua ſymo
ni petro apparuit. ¶ Secũdũ ẽ qꝛ ſacerdos
nõ dicit. xp̃s vobiſcũ. nec ihẽſus vobiſcũ.
ſed dicit dñs vobiſcũ. nam xp̃s ⁊ ihẽſus
ſunt nomen pſonale ipſius filij. Dñs aũt
eſt nomen cõe ꝯueniens tribꝫ pſonis. qꝛ
Dñs pater dñs filius dñs ſpũſſanctus
Et tñ nõ tres dñi ſed vnus ⁊c. ac ſi dicat
tota trinitas ſit vobiſcum. ſ. pater qui ſua
potentia vos ꝯfirmet. filius qui ſua ſapi
entia vos illuminet. ⁊ ſpũſſctũs qui ſuo
amore vos inflammet. Alia rõ eſt qꝛ dñs
potentiã ſignificat ⁊ iõ omnẽ defectũ ꝓpli
ſupplere poteſt ⁊ omnia bona ꝯferre Ro.
x. Idem dñs omniũ ⁊ diues in oẽs qui
inuocãt eum. ¶ Terciũ ẽ qꝛ non rñdet̃ ſibi
eo mõ quo ſalutat. non eñ ſibi reſpõdet̃
Et dñs tecum ſed Et cum ſpiritu tuo. ad
innuendũ ꝙ tunc ſacerdos totus dꝫ eſſe ĩ
ſpiritu ⁊ ſpũalis eſſe. ⁊ nihil ſentire de cor
pore vel corꝑali ſollicitudine. ſed totuꝫ ſe
dꝫ dare ſpiritui. j. Cor. xiiij. Orabo ſpũ
orabo ⁊ mente. ¶ Quartum eſt qꝛ oratões
in ipſa miſſa in numero impari dicuntur.
Cuius rõnem aſſignat Grego. quia par
numerus ĩ duo eq̃ eſt diuiſibilis ⁊ impar
in duo equalia diuidi nõ poteſt. Non di-
cunt̃ ergo in numero pari qꝛ deus diuiſi-
onem in omnibꝫ deteſtat̃. ¶ Quintũ eſt qꝛ
ad euangelium deportat̃ lumen. thus et
crux ad innuendũ ꝙ ille qui debet euãge-
liſare verbum dei. debet habere lumen doc
trine. j. Petri. iij. Parati ſemꝑ ad ſatiſfa
ctionem omni petenti vos ⁊c. thus odori
fere fame. j. Thimo. iij. Oportet illũ te-
ſtimoniũ habere bonum ⁊c. ⁊ crucẽ morti
ficatõnis ꝓprie. Mathe. xvi. Abneget ſe
metipſum ⁊ tollat crucem ſuam ⁊ ſequat̃
me. ¶ Sextum eſt qꝛ diaconus ſignat ſe in
fronte. in ore ⁊ in pectore. In fronte quia
non debet euangeliuꝫ chriſti erubeſcere. ad
Ro. j. Non eñ erubeſco euangelium. In
ore qꝛ debet ipſum feruẽter predicare. In
pectore. qꝛ debet ipſuꝫ fideliter credere. ad
Rom. x. Corde creditur ad iuſticiam. ore
¶ autem confeſſio fit ad ſalutem. Secũdo
ſunt quedam in ip̃a vel circa ip̃am conſe
crationem. ¶ Primum eſt quia corporalia
explicãtur. calix enim cum patena parat̃.
Altare quideꝫ ſignificat crucem. ſed cor-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poꝛalia ſignificant linthꝛamina ⁊ ſudariū
quibꝫ corpus chꝛiſti fuerat inuolutū. Ca
lix ſignificat ſepulchꝝ. patena vero lapidē
ad oſtium monumenti repoſitum. ¶ Secū
dum qꝛ aqua ⁊ vinum miſcent̃. ⁊ ipſa aq̄
benedicitur. Miſcetur enim ipſa aqua du
plici de cauſa. Primo ad ſignificandū il/
la duo ſacramēta. que de latere dn̄i noſtri
ꝓfluxerunt. ſcꝫ redemptionis in ſanguine
⁊ regenerationis in aqua. ¶ Secundū eſt
qꝛ per aquam populus ſignificat̃. Juxta
illud Apo. xvij. Aque quas vidiſti popu
li ſunt ⁊ gentes ⁊ lingue. Jdeo ergo aquam
cum vino admiſcet̃ ⁊ cum ſanguine tranſ
mutat̃ vt oſtendat̃ ꝙ fideles xp̄o vniunt̃
Juxta illud Johan. xvij. Ut ſint vnum ſi
cut ⁊ nos vnū ſumus. Jdeo aūt aqua cuꝫ
cruce benedicit̃ ad oſ̄dendum ꝙ illa talis
vnio populi cum xp̄o facta fuit mediante
cruce ⁊ xp̄i paſſione. Ephe. ij. Ipſe eñ eſt
pax noſtra qui fecit vtraqꝫ vnū. ¶ Terciuꝫ
eſt qꝛ ſacerdos ad ꝯſecratōnem tripliciter
ſe parat. ſcꝫ per thurificatōem. abſolutōeꝫ
⁊ orōem. Thurificat namqꝫ ad oſ̄dendū
ꝙ illud ſacrificium eſt deo valde odoriferꝫ.
Ephe. v. Tradidit ſemetipm̄ ꝓ nobis ob
latōem ⁊ hoſtiā deo in odorem ſuauitatis
Digitos lauat. qꝛ ſm̄ ipſum dyoni. in ec
cleſiaſtica hierarchia lotio digitoꝝ ſignifi
cat mundationē venialium peccatorum a
quibꝫ tunc ſacerdos debet eſſe immunis.
Orat etiam ꝓ ſeipſo dicens. Jn ſpū hu
militatis ⁊c. Etiam ⁊ orōnes alioꝝ requi
rit dicens. Orate vos fratres ⁊c. ¶ Tercō
ſunt quedam poſt ipam ꝯſecratōem Pri
mum eſt qꝛ corpus xp̄i in tres ptes diui/
ditur ad innuendum ꝙ corpus xp̄i miſti
cum in tres ptes eſt diuiſum. Una ps re
gnat in celo. ⁊ ſignificat̃ per illam pticulā
que ponit̃ in vino ꝯſecrato. qꝛ illi beati ab
vbertate dei ſemꝑ ſunt ebrij. Alia pars ad
huc ꝑegrinatur in mundo. Tercia cruciat̃
in purgatorio. ⁊ iſtas duas ptes alie pti
cule repreſentant. Pro iſtis igit̃ tribꝫ pti
bus corꝑis miſtici corpus chꝛiſti verum
ſub ſacramento offertur. ſcꝫ pro beatis in
gratiarumactionē. ⁊ pro fidelibꝫ qui ſunt
in mundo vt ſit eis in ꝯſeruatōem. ꝓ hijs
qui ſunt in purgatorio vt ſcꝫ ſit eis in pur
gatōem. ¶ Secundū eſt. qꝛ poſt ſumptōem
digitos lauat ſemel ante ꝯſecrationem vt
dictum eſt ⁊ bis poſt ſumptōem. vna vice
cum vino. vt ſi aliquid de corpore chꝛiſti
digitis adheſiſſet in calice infundat̃. Se
cunda vice cum aqua. Per iſtam triplicē
lotionem digitoꝝ ſignificat̃ triplex mun/
dicia illoꝝ qui corpus chꝛiſti conficiunt.
Tales enim debent habere puritatem quā
tum ad manus quibꝫ miniſtratur. ⁊ quā
tum ad os per qꝺ ſuſcipit̃. ⁊ quantuꝫ ad
cor in qꝺ recipitur. ¶ Tercium eſt. qꝛ poſt
miſſam ſacerdos lauat manus. Jn princi
pio quidem lauat manus anteqꝫ ſe indu
eret. Et in fine miſſe etiam manus lauat.
Jn medio autem miſſe non manus lauat
ſed tm̄ digitos. qꝛ omni tempꝛe ſiue ante
miſſam ſiue poſt miſſam debet eſſe mundꝰ
a peccatis magnis. in miſſa v̇o a peccatis
ꝑuis. Dyoniſius. Etenim accedētes ad
ſanctiſſimum ſacramentum mundari ꝯue
nit ab intimis anime fantaſijs.

## ¶ De eodem Sermo. ij.

Stare fecit cantores ꝯtra altare.
Eccleſ. xlvij. Dauid ſimphoni
des ⁊ egregius pſaltes circa dei
cultum valde deuotus diuerſos ⁊ plures
pſalmos edidit quos per diuerſos canto
res circa altare decantandos inſtituit. Cu
ius exemplo ſancti patres diuerſos can/
tus circa altare decantandos ediderunt ⁊
miſſam vocauerunt. Quia vero ibi erant
multe prolixitates. Jdeo beatus gregori
us prolixitates reſecauit. ⁊ ipſam ꝯueni/
entius ordinauit. ⁊ ideo ſm̄ eius ordina/
tionem in ipſa miſſa aliqua exponamus.
Jn primis namqꝫ in pꝛincipio miſſe intro
itus decantatur. Dicitur autē introitus

ex eo qꝛ ꝑ illum talem introitũ in miſſam
intrat̃. Olim quidem ſcꝫ tpe apoſtolorũ
miſſa per orõnem dñicam inchoabat̃. ſed
poſtmodũ ꝑ aliquã lectionẽ eſt inchoata
ſicut adhuc fit in ſabbato ſancto ⁊ in vigi
lia penthecoſtes Et poſtmodũ miſſa incho
ata eſt ꝑ aliquem. ps. qui totus cantãdo
dicebat̃. Sꝫ qꝛ ille introitus nimis erat
ꝓlixus. iõ greg. detruncauit ⁊ de illo ps.
aliquos verſus retinuit. ⁊ ſic ꝑ anni circu
¶ lum introitus ordinauit. Introitus autẽ
qui clamore inchoat̃ repſentat clamores
ſanctoꝝ patꝝ deſiderantiũ xpi aduentum
⁊ ideo geminat̃ vt intentio deſiderij oſtẽ
dat̃. Olim autẽ iſte introitus antiphona
vocabat̃. ⁊ ſic in aliquibꝫ libris antiquis
inuenit̃. Dicit̃ autem antiphona ab an.
qđ eſt circa. ⁊ phonus ſonus. qꝛ eſt cantꝰ
circuiens pſalmos. ⁊ gloria patri qꝛ añ ⁊
poſt illa cantat̃. ¶ Deinde ſequit̃ kyrieley-
ſon qđ nouem vicibꝫ dr̃. qꝛ ad honorem
nouem ordinũ angeloꝝ cantat̃. quos ſic
honoramus vt ad eoꝝ ſocietatẽ ꝑuenire
valeamus. In tres autem ternarios di-
ſtinguũtur ⁊ decantant̃ nouem vicibꝫ. qꝛ
angeli in tres hierarchias ⁊ nouẽ ordĩes
diſtinguũtur. Vel dicunt̃ illa kyrieleyſon
ad honorẽ trinitatis. ita ꝙ tria prima re-
ferunt̃ ad patrem. tria media ad filium ⁊
tria vltima ad ſpm̃ ſcm̃. Eſt eñ kyrieleyſon
idem dicere qđ dñe miſerere. Habet eniꝫ
deus magnam miſcđiam multam ⁊ eter-
nam. De duobus primis ps. Miſerere
mei deus ſcđm mag. mi. tuã. Et ſcđm ⁊c.
De tercia idem. Confitemini dño dñoꝝ.
qm̃ in eternum miſcđia eius. Habet igit̃
deus miſcđiam magnam multã ⁊ eternã.
Magnã. qꝛ remittit peccata quãtũcunqꝫ
ſint grauia. Multam qꝛ remittit quantũ
cunqꝫ ſint numeroſa. Eternam qꝛ remit-
tit peccata quãtũcũqꝫ ſint diuturna Iſtã
aũt triplicem miſcđiam quilibꝫ trium hꝫ
ſcꝫ pater. filius ⁊ ſpũſſanctus. Et iõ ipaꝫ
miſcđiam a quolibet trium imploramus

¶ Deinde dicit̃ hymnus angelicus ſcilicꝫ
Gloria in excelſis. Queꝫ angeli vſqꝫ ad
illud. bone voluntatis decantauerũt. Sꝫ
reliqua alia que ſequũtur addidit ſanctꝰ
Teleſporus papa qui fuit nonꝰ a beato pe-
tro. Q̃uis aliqui dicunt beatum hilarium
illa addidiſſe. Cantabat̃ olim tñ in pri
ma miſſa natalis domini. ſed poſtmoduꝫ
theleſforus papa inſtituit ꝙ etiam in fe-
ſtiuitatibus decantet̃. Et ideo dicit̃ ali-
qua votiua miſſa de ſpiritu ſancto. vel de
ſancta cruce. vel đ beata maria virgine. in
ꝓfeſtis diebus nec gloria patri. nec hym
nus angelicus dicitur. nec ſimbolum dici
debet. tamen prefatio ꝓpria dici poteſt vt
inter ꝯmemoratõneꝫ ⁊ ſolẽnitatem diffe
rentia habeat̃. ¶ Finito gloria ſacerdos po
pulum ſalutat dicens. dominus vobiſcũ.
⁊ chorus rñdet. Et cuꝫ ſpiritu tuo. Et iſte
modus ſalutandi ſumptꝰ eſt ex Ruth. ij.
vbi dixit booz meſſoribus ſuis. dominus
vobiſcum. Modus autẽ reſpondendi eſt
ſumptus ex verbo pauli qui dixit. j. Thi.
vlti. Dñs noſter iheſus chriſtus ſit cum
¶ ſpiritu tuo. Poſtea ſacerdos dicit orõnẽ
que dr̃ eſſe collecta duplici đ cauſa. Una
eſt qꝛ olim non dicebat̃ niſi prius multi-
tudine populi collecta. Alia eſt qꝛ illa orõ
petitionẽ populi colligit. quam ſacerdos
deo offert ⁊ ꝓ eis intercedit. Omnes au
tem fere orationes concluſionem habent
ꝑ dominũ noſtꝝ ⁊c. Iſta duo nomina ſcꝫ
iheſus ⁊ chriſtus ſunt nomina mediato-
ris. Iheſus enim dicit deum humanatũ
ſed chriſtus dicit hoiem deificatũ. Sicut
igit̃ a ſole qui a longe eſt nõ poſſumꝰ ignẽ
accipe niſi mediante ſpeculo vel criſtallo
vel aliquo tali. ſic a patre celeſti a quo ꝑ
peccatum lõge diſtamus non poſſumus
¶ niſi ꝑ mediatorem gratiã obtinere. Orõe
finita cantatur epl'a quaſi ſupmiſſio. id ẽ
ſuperogatõ. quia ſuper doctrinam ipſius
euangelij in quo eſt doctrina perfectõnis
ſuperogatur ad doctrinam imꝑfectorum



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Uidetur tamen ꝙ epiſtola poſt euangeli
um legi deberet. qꝛ poſterioꝛ fuit. Sed di-
cendū eſt ꝙ per ipſam epiſtolam ſignifica
tur doctrina legis ⁊ ꝓphetaꝝ que doctrina
preceſſit. vnde accidit ꝙ ſepe loco epiſto-
le legit̃ aliqua lectō vel ꝓphetia de lege ⁊ ꝓ
phetis. Hinc eſt ꝙ ſubdyaconū vnus a-
colitus ſine lūie precedit. qꝛ ipſoꝝ doctri-
nam pauci ſunt ſecuti ⁊ nondū lumē gra
¶ tie aduenerat. Deinde cantatur rñſoꝛium
qd̄ graduale vocat̃. Dicit̃ aūt rñſoꝛium ſi
ue qꝛ illa verba verbis epl̃e aliquo mō re-
ſpondent. ſiue qꝛ nos hijs que in epl̃a au
diuimus debemus operibꝫ rñdere. Gra-
duale vero dr̄ vel a gradu locoꝝ. qꝛ in gra
dibꝫ ꝯſueuerat decantari. vel a gradu vir-
tutū. vnde dr̄ in ps. ſm̄ interpretatōem a
quile. Diſtribuite gradus eius in ꝯpaſſi-
one vt enarratis in ꝓgenie altera. Naz re-
uera domus nr̄a celeſtis multū eſt alta. ⁊
¶ ideo gradibꝫ indigemus. Poſt hec dr̄ al-
leluya. qd̄ ſiquidem nomē alleluya inter
pretat̃ ſm̄ quoſdam iubilatio dn̄i. ⁊ repre
ſentat iubilatōnem. que in ciuitate celeſti
decantat̃. Juxta illud Thobi. xiij. Per vi
cos eius alleluya cantabit̃. Et qꝛ illa iu-
bilatio tanta erit ꝙ nullus poſſet ad ple-
num effari. Idcirco nullus interpretū po
tuit aut preſumpſit alleluya interpretari.
¶ Sequentie aūt licet nō ſint d̄ more roma
no. tñ in aliquibꝫ eccleſijs decantant̃ quo
tum vſum primo adinuenit Rogerius ab
bas ſancti galli. ⁊ Nicolaus papa ſequē
tias ad miſſas decantari ꝯceſſit. Hermā
nus etiā theutonicus ꝯtractus ſequentiā
Sancti ſpūs aſſit nobis grā ꝯpoſuit. ⁊ eti
am hoc canticū Alma redemptoris mater
⁊ multa alia pulchra inuenit ⁊ ꝯpilauit.
¶ Poſt hec legit̃ euangelium precedentibꝫ
multis. lumine quoqꝫ ⁊ thure ⁊ cruce. qꝛ
ipſa doctrina euangelica multos ad fidez
ꝯuertit. ⁊ lumen vere ſcientie adduxit ⁊ to
tum mundum odore ſuauitatis adimple
uit. ⁊ vexillum ſancte crucis in vniuerſo
mundo erexit. Cantatur autem euangeli-
um verſus partem aquilonarez. qꝛ virtus
euangelij illum qui dixit. ſedebo in lateri-
bus aquilonis ⁊c. vt de hoc ſcribit̃ Iſaye
xiiij. de mundi poteſtate eiecit. Johannis
xij. Nunc iudicium eſt mundi. nunc prin-
¶ ceps huius mundi eijciet̃ foras Lecto eu
angelio cantat̃ ſimboluz. quod dr̄ a ſin qd̄
eſt ſimul ⁊ bolus Sunt aūt duo ſimbola
Unū ab apoſtolis ꝯfectum. Cum em̄ apo
ſtoli eſſent per mundū diuidendi prius in
ihrl̃m ꝯuenerunt de articulis fidei differē
tes ſimbolū ꝯcorditer ediderunt quolibet
ipſoꝝ ſuum bolū. i. articulū ibidem ponē
te. Aliud ſimbolum qd̄ in miſſa decantat̃
a trecentis decē ⁊ octo patribꝫ in nicena ſi
nodo editū fuit vbi nō ſunt alij articuli q̃z
in primo. ſed tñ ꝓpter diuerſas hereſes ſuc
¶ creſcētes ſunt magis elucidati. Poſt ſim
bolū cantat̃ offertoriū. premiſſo tñ a ſacer
dote. dn̄s vobiſcū Oremus. Et tñ ſacer-
dos nullā tunc orōem facit. cuius duplex
eſt cauſa. ſ. ad innuendum ꝙ qñ ſacerdos
appropinquat ad ſacrificandū. magis in-
diget orōne mentali q̃z vocali. Alia qꝛ ⁊ ſi
preſbiter tunc nō oret. hortatur tñ populū
ſuum ⁊ choꝝ ad orandū In quo quidem
offertorio populus admonet̃ ꝙ ſicut offe
runt deo ſua. ſic etiā offerant ſemetipſos.
Reſpexit etenim dn̄s ad munera abel. qꝛ
ipſe offerebat deo ſe ⁊ ſua. Ad munera au
tem chayn dominus non reſpexit. quia il
le offerebat deo ſua. ſed ſemetipſum offe-
rebat dyabolo. Deinde prefatio decanta- ¶
tur. Et dicitur prefatio quaſi prelocutio.
quia in ipſa prefatōne ſacerdos preloqui
tur de ſacramenti altitudine. ⁊ de reueren-
tia habenda ⁊ attentione deuota. Ibi ete-
nim captat ſacerdos dei beniuolentiam.
vt tanto facilius pro populo impetret dei
miſericordiam. Finita autem prefatione ¶
cantatur Sanctus quod quidem partim
ſumptum eſt ab illo cantico angelico. de
quo dicitur Iſaye ſexto capitulo. ſcilicet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sanctus ſanctus ſanctus ⁊c̃. Et etiam
ab illo cantico angelico de quo refert Jo.
damaſ.iij.lib. ꝙ cum apud ↄſtantinopo
lim peſtilẽtia magna eſſet ⁊ ꝓceſſio fieret
quidã puer ſubito de medio populi in ce-
lum ẽ rapt⁹. qui poſt aliquã morã rediẽs
dixit ſe ab angelis quoddã canticũ didi-
ciſſe. qđ mox vt puer ille cantauit peſtilẽ
tia illa ceſſauit. Eleuata igiť voce cecinit.
Sancte de⁹ ſancte fortis ſancte ⁊ immor
talis miſerere nobis. ⁊ mox oĩs peſtilẽtia
ceſſauit. Jn calcidonẽſi quoqꝫ ſynodo fu
it canticũ illud approbatũ. Huius igitur
cantici laus ſcđm Dam̃. ex quatuor col-
ligiť. ſ. q̃ꝛ angelus illud docuit. ad ei⁹ ꝓ-
latõnem peſtis ceſſauit. calcidonenſis ſy
nodus illud approbauit. ⁊ dyabolus ad
eius ꝓlatõnez ſcindiť ⁊ diſſecať. ⁊ pͥm
eſt ſumptũ ex illo cantico pueroꝝ qui dix
erunt Benedictus qui venit in noĩe dñi.
¶ Math.xxi. Deinde ſacerdos ad canonez
accedit. quem ſub ſilentio dicit tribus de
cauſis. Primo vt ſe totum ad interiora
colligat. ⁊ ſic illa verba cum maiori atten
tione ⁊ deuotõne dicat. Scđo ne porcis ⁊
canibꝰ. i. indignis ⁊ temptatoribꝰ dei ſe-
creta pandanť. Tercio vt verba illa ſic a
populo in maiori reuerentia ⁊ honore ha
beanť. Sacra nãqꝫ quãto plus occultãť
¶ tanto in maiori reuerentia habenť. Jn ca
none aũt non ponunť ſancti veteris teſta
menti. q̃ꝛ illi ad limbũ deſcenderũt nec po
nunť ↄfeſſores. q̃ꝛ tunc nõ agebanť eorũ
feſtiuitates. tũ q̃ꝛ de eoꝝ meritis nõ adeo
certa erat eccleſia. Ponunť tñ in canone
aliqui martyres. de quoꝝ merito ⁊ cauſa
martyrij oĩmoda extitit certitudo. Mul-
tos aũt ibi eccleſia ponere noluit. tum vt
ꝓlixitatem vitaret. tum etiaꝫ ne eã errare
ↄtingeret. Nam ſicut legiť in hiſtoria ec-
cleſiaſtica heretici cũ catholicis qñqꝫ paſſi
fuerunt ⁊ eccĩa ꝓpter ꝑſecutões tyrãnoꝝ
examinationes ſolẽnes facere non vale-
bat. Principaliter aũt in canone ponunť

apoſtoli tanquã fidei noſtre fundatores.
¶ Conſecrata autem hoſtia ſacerdos eaꝫ in
altum eleuat. vt deuotius videať ⁊ ado-
reť a populo. vt oſtendať ꝙ xp̃s eleuat⁹
fuit in patibulo. ⁊ ꝙ eleuatus fuit in celo
⁊ ꝙ eleuabiť in iudicio. Jſa.lij. Ecce in-
telliget ſeruus meus ⁊ exaltabiť. quo ad
primũ. ⁊ eleuabiť quo ad ſecundũ. ⁊ ſub
¶ limis erit valde quo ad terciũ. Finito ãt
canone ſequiť oratio dñica. Cuꝫ iſta orõe
apoſtoli miſſas ſuas celebrabãt hñtes al
taria ꝑua que ſecũ ferebant. Vñđ adhuc
rome oſtendiť qđdã altare ſancti Petri
in quo ipſe aliqñ celebrare ↄſueuit. deĩde
ſacerdos corpus xp̃i in tres ꝑtes frangit
ꝓut papa ſergius ordinauit. hec aũt frac
tio nõ eſt in corꝑe xp̃i ſed in ſolis formis
¶ ſacramentalibꝰ. Jn tres autem frangitur
ꝑtes vt oſtendať ꝙ illud ſacrificiũ ad ho
norem trinitatis offeŕ. ſiue vt oſtendať
ꝙ in chriſto fuerunt tres ſubſtantie. ſcilꝫ
caro anima ⁊ deitas. ſiue vt oſtendať ꝙ
offeŕ ꝓ corꝑe xp̃i miſtico. qđ i tres ꝑtes
ſaluandoꝝ diuidiť. ſ. virgines ↄtinẽtes
¶ ⁊ cõiugatos. Deinde ſacerdos dicit pax
dñi. ſ. tres cruces faciendo cũ ꝑte corpis
ſuꝑ calicem. ad innuendũ ꝙ ꝑ xp̃i paſſio
nem triplicem ſumus aſſecuti pacem. ſcꝫ
¶ tẽporis pectoris ⁊ eternitatis. Poſt hec
ꝯo cantať agnus dei qđ ter dꝛ. q̃ꝛ agnus
ab agnoſcendo nomen accepit. Chriſtus
ergo ter agnus appellať. q̃ꝛ ſcđm Inno.
tercium. chriſtus in cruce exiſtens patrem
ſuum agnouit obediendo. ⁊ matrem recõ
mendando ⁊ nos patri reconciliãdo. Vel
dꝛ ter agnus dei quia ipſe xp̃s ter matreꝫ
ſuam agnouit. ſ. in humili ſubiectiõe. qm̃
ſubditus erat illi. vt habeť Luce.ij. cap̃.
Jn vini mutatione. ⁊ in ipſius diligenti
¶ recõmendatõne. Deinde cantať ↄmunio
que ideo ↄmunio dꝛ quia in ↄmunicãdo
cantať. Et eſt cantus ↄmunionis cãtus
leticie ⁊ gratiarũ actõis ꝓ tanto ſacro ſuſ
¶ cepto. Jn fine miſſe cantať feſtiuis diebꝰ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jte miſſa eſt.i.ad ꝓpria redite. Uel ite.id
eſt de virtute in virtutem ꝓficite. q2 miſſa
eſt hoſtia ſacrata ad patrem vt ꝓ nobis in
tercedat. Hugo de ſancto victore. Jpſa ho
ſtia ſacra miſſa vocari poteſt. Primo quia
tranſmiſſa nobis eſt a patre per incarnatõ
nem. Secundo a nobis patri ꝑ paſſionẽ.
Similiter in ſacramento Primo a patre
nobis per ſanctificatõem qua in nobis eẽ
incepit Poſtea a nobis patri ꝑ oblatõem
qua ꝓ nobis intercedit. Jn dieb9 aũt feri
alib9 dr.benedicamus dño.ꝛ illud ẽ actio
gratiaꝝ ꝓ oblato ſacrificio ꝛ ꝑfecto miſſe
miſterio. Jn miſſa vero ꝓ defunctis dicit.
Requieſcant in pace. q2 ſacrificium illud
ꝓ eis oblatum eſt ad ipſoꝝ liberatõem de
purgatorij pena vt in pace perpetua requi
eſcant.

¶ Eodem die Sermo.iij.

IN ſono eoꝝ dulces fecit modos
ꝛc. Ecci.xlvj. Dauid diuerſos
dulces ſonos inuenit ꝛ diuerſos
modos inueniendi q̃ſiuit ꝑ quos laudem
dei inſtituit. Sic ꝛ ſcũs greg. diuerſos ſo
nos ꝛ cantus inuenit per quos miſſam in
ſtituit ꝛ ordinauit Jpſam enim miſſam ꝑ
diuerſos modos inchoauit. q2 in trib9 lin
guis eã decãtari inſtituit. ſcꝫ in lingua gre
ca.hebrayca ꝛ latina. qđ quidem fecit tri-
plici de cauſa. Prima eſt ad repñtandum
titulum dñice paſſionis. qui fuit in cruce
ꝯſcriptus litteris grecis.hebraycis ꝛ lati
nis. Secunda eſt. q2 iſte tres lingue ſunt
omnib9 alijs linguis principaliores ꝛ di
gniores. Jdeo in hijs trib9 linguis miſſa
cantat. vt verificetur qđ ſcriptũ eſt Phil.
ij. Omnis lingua ꝯfiteatur q2 dñs noſter
Jheſus xps eſt in gloria dei patris ¶ Ter-
cia eſt ad oſtendendũ ꝙ ſancta vniuerſa-
lis eccleſia de omnib9 ꝛ diuerſis linguis ẽ
a ſpũſancto in vnitate fidei ꝯgregata Jux
ta illud. Qui per diuerſitatẽ linguaꝝ cun
ctaꝝ ꝛc. Uerba aũt greca in miſſa ſunt ky-
rieleyſon xp̃eleyſon. Hebrayca ſunt. amẽ
alleluya.ſabaoth.ꝛ oſanna. Latina ſunt
cetera que in miſſa ꝓferunt. Sunt igitur
verba in greca lingua kyriel.ꝛ xp̃eleyſon.
Que quidẽ mater eccĩa in greco cantari
voluit triplici de cauſa. Primo q2 in miſ-
ſa a grecis ortũ habuit. ideo mater eccle-
ſia hmõi verba greca in eccleſia occidenta
li decantari voluit. Scđa q2 inter grecos
ſumma mundi ſapĩa floruit.j.Coꝛ.j. Ju
dei ſigna petunt.greci vero ſapĩam q̃runt.
ꝛ ideo eccĩa occidentalis voluit eccie oriẽ
tali deferre.ꝛ ꝓpter ſuam ſapĩam ſibi reue
rentiam exhibere. Tercia eſt. q2 lumen fi-
dei primo de grecis ad latinos venit. Bar
nabas enim de grecia romã venit. qui pri
mo ibi fidẽ predicauit. Paulus etiã gre-
coꝝ aplꝯs ꝛ multi alij diſcipuli de grecia in
ytaliã venerunt ꝛ fidẽ xpi ibi predicauerũt.
Multũ ergo lingua greca debuit a latina
honorari a qua primo lumen fidei accepit
¶ Dicunt namqꝫ kyrieleiſon nouem vicib9
ꝓpter honorẽ ꝛ miſterium trinitatis. Eſt
enĩ kyrieleiſon idem qđ dñe miſerere Pa
tri namqꝫ attribuit potentia.filio ſapĩa.ꝛ
ſpũiſancto gratia. Tria ĝ prima kyrieley-
ſon ad honorẽ patris cantamus cuius po
tentia triplicẽ miam petimus. Sumuſqꝫ
infirmi ad inchoandũ bonũ.fragiles ad re
ſiſtendũ malo. debiles ad ꝑſeuerandũ in
bono. Jdeo a patre miam petimus.vt ꝑ
ſuã potentiã nos fortes faciat ad incipiẽ
dum bonũ.ad reſiſtendũ malo. ad ꝑſeue
randũ in bono. ps. Expecta dñm viriliter
age quo ad primũ.ꝛ ꝯfortet cor tuũ quo
ad ſecundũ. ꝛ ſuſtine dñm quo ad terciũ.
¶ Tria media xp̃eleyſon dicunt ad honorẽ
filij.a cuius ſapĩa triplicẽ petimus miam
Nam ꝛ viã celeſtis pãe neſcimus inueni
re. iõ petimus ab eius ſapĩa nobis viam
oñdi. q2 ipẽ eſt via. Et q2 ꝑ inuentam viã
neſcimus ambulare.nec pergendo ad ter-
minuũ peruenire.ideo ꝑ ipſum qui eſt ve-
ritas ad ſeipm petimus ꝑduci q̃ ẽ vita vt
ſup̃ Jo.xiiij. Ego ſũ via veritas ꝛ vita ꝛc.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Tria autem vltima kyrieleyſon dicuntur ad honorē ⁊ ob reuerentiam ſpūſſancti. a cuius gratia triplicē miſcďiaꝫ poſtulam⁹. Petimus eñ ab eo dari nobis gratiam preuenientē ꝑficientem ⁊ ꝯſummantem Prouer. xiiij. Juſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplendens. quo ad gratiā ꝑficientē. vſqꝫ ad pfectū diē. quo ad gratiā ꝯſummātē. ¶ Scďo in ipſa ponuntur verba in lingua hebraica. que ſunt Amē. alleluia ſabaoth ⁊ oſanna. Iſtud aūt qď dicit amen. ſi re- feraṫ ad id qď in orōnibꝫ petiṫ. tunc ē idē qď fiat. Si aūt referaṫ ad ꝯcluſionis finē tunc idem eſt qď veꝝ eſt. ſ. ꝙ deus trinus ¶ ⁊ vn⁹ viuit ⁊ regnat. Per alleluia inter- pretaṫ iubilatō ſiue laudatō dñi. ⁊ ꝯtinet triplicem laudem. Una eſt qua laudam⁹ bonū dei qď in ſe hꝫ. Alia qua laudamus bonū dei qď in nobis poſuit. Tercia qua laudamus bonū dei in ſancto cuius feſtū agimus. Cantaṫ autem alleluia cum io- cunda ⁊ longa nota. q₂ iſta bona dei ſunt longa iocūda ⁊ immēſa. nullus eñ inter- pretum potuit ad plenū alleluia interpre- tari. q₂ deum ꝓ tantis bonis nō poſſum⁹ ſufficienter laudare Eccl. xliij. Bñdicen- tes dñm exaltate illum quātuꝫ poteſtis. ¶ maior eſt eñ omni laude. Sabaoth autē idem ē qď exercitus. deus quidē eſt dñs exercituū angeloꝝ. quoꝝ quidam habent ipſum regem aſſociare Apo. xix. Exercit⁹ qui ſunt in celo ſequebanṫ eum in equis albis ⁊c. Alij habent inimicos regis ex- pugnare Apo. xij. Factum eſt prelium in celo michael ⁊ angeli eius preliabanṫ cū dracone. Alij habent ciuitates ⁊ caſtra re- gis cuſtodire Iſa. lxij. Sup muros tuos ¶ iheruſalem cōſtitui cuſtodes ⁊c. Oſanna aūt ſcďm ihero. ideꝫ eſt qď ſalua. obſecro. Componiṫ aūt ab oſy qď eſt ſalua. ⁊ āna qď eſt interiectio obſecratōnis. Dixerunt eñ iſtud turbe precedentes ⁊ que ſequen tes dñm Math. xxi. Quia ⁊ illi qui pre- ceſſerunt. ſ. patriarche ⁊ ꝓphete. ⁊ illi qui comitati ſunt. ſ. apoſtoli. ⁊ illi qui ſequūṫ ſcꝫ martyres ⁊ ꝯfeſſores. ⁊ nos cum bene dicimus ⁊ ab ipſo ſaluteꝫ ꝯſequi obſecra mus. ¶ Tercio in ipſa ponunṫ verba in latina lingua que ꝑ tres ſonos ſunt diſtin cta. Nam tres ſunt ſpecies ſonorū ſcďm Aug. ſ. ſonus qui fit cum pulſu. qui fit cū voce ⁊ qui fit cum flatu. Iſta triplex diffe rentia ſonoꝝ poniṫ in miſſa in lingua lati noꝝ verboꝝ. Ad ſonū eñ qui fit cū pulſu ſicut in pſalterio ꝑtinēt pſalmi. In intro- itu enim miſſe ſemper aliquis verſus ali- cuius pſalmi diciṫ. ⁊ Gloria patri adiū- gitur. quod quidem Gloria patri Ihero nimus de mandato Damaſi pape in fine ¶ pſalmoꝝ decantanduꝫ inſtituit. Ad ſonū autem qui fit cum voce ꝑtinent oratiōes epiſtola. euangeliū ⁊ ſimbolum. Nume- rus autem ipſarum orationū in miſſa di- uerſimode diciṫ. Aliquando enim diciṫ vna ſola orō vt oſtendaṫ illud ad Ephe. iiij. Unus deus ⁊ pater omniū qui ſuper omnes ⁊ ꝑ omnia ⁊ in omnibꝫ nobis eſt Aliquando dicunṫ tres ad ſimilitudineꝫ xp̄i qui ter legiṫ oraſſe. Math. xxvi. cap. Orauit tercio eundem ſermonem. Aliqñ dicunṫ quinqꝫ ob honorem quinqꝫ vul- neꝝ xp̄i. Aliqñ dicunṫ ſeptem orōnes vt ſeptē dona ſpūſſancti impetrare poſſim⁹. ⁊ ad ſimilitudinē xp̄i qui orōnem ſuā ſcꝫ pater noſter in ſeptē petitionibꝫ ꝯprehen dit. Sed numerus ſeptenarius nō eſt ex- cedend⁹ ne faſtidiū genereṫ. ⁊ ne ſacerdo tis intentō nimiū diſtrahaṫ. Dicunṫ aūt iſte orōnes collecte q₂ ad ipſas populus ꝯgregabaṫ ⁊ colligebatur vt dominicam eucharistiam acciperet. In primitiua nāqꝫ eccleſia quotquot miſſe intererant cōmu- nicabant. ſed numero fidelium excreſcēte ſtatutū eſt vt tm̄ diebꝫ dñicis ſacram cō- munionem accipiant. Poſtqꝫ autem de- uotio eſt diminuta. ordinatum fuit vt tm̄ tribus modis in anno. ſcilicet in paſcha. in penthecoſte. ac etiam in natiuitate dñi



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝯmunicent. Deu.xvj. Tribꝰs vicibꝫ ꝑr
annũ apparebit omne maſculinũ in ꝯſpec
tu dñi dei. At poſtq̃ refriguit caritas abũ
dauit iniquitas. ordinauit eccl'ia ſub prece
pto vt omnis vtriuſq; ſexus ſemel in an⸗
no ad minus ꝯfiteat̃. ⁊ in paſcha recipiat
ſacramentũ. niſi forte de ꝯſilio ꝓprij ꝯfeſſo⸗
ris ob aliquã rationabilem cauſam duxe
¶ rit abſtinendũ. Aliud qđ pertinet ad ſonũ
vocis eſt epiſtola ⁊ euangeliũ Epiſtola tñ
euangelio premittit̃ q2 epiſtola ꝑtinet lac
puulo2. euangeliũ vero ꝑtinet ſolidum ci
bum perfecto2. Doctrina enim apoſtolo⸗
rum eſt quedã introductio ad euangelicã
veritatẽ. Epiſtolas etiã fecerunt ſerui. eu
angeliũ fecit dñs Sicut ḡ ſeruo2 ẽ dños
preire ⁊ viam preparare. ſic ⁊ doctrina ep'la
rum euangeliũ precedit vt auditoribꝫ viã
preparet. Euangeliũ aũt diebꝫ feſtiuis ꝓ
cedit vnus ceroferarius. ſed in magnis ſe
ſtiuitatibꝫ duo Chriſtus namq; h3 dupli
cem aduentũ Unus fuit manſuetus ⁊ hu
milis ⁊ quaſi ferialis quo ſcꝫ venit in car⸗
nem. ⁊ iſtum aduentũ tñ vnus nuncius
preceſſit. ſcꝫ Johannes bap. Math. j. Ec
ce ego mitto angelũ meũ ante faciem tuã
qui prepabit viam tuã ante te. Alius erit
valde ſolẽnis ⁊ feſtiuus qñ ſcꝫ ad iudiciũ
eſt venturus. ⁊ iſtum aduentũ duo nuncij
precedent. ſcꝫ enoch ⁊ helias. de quibꝫ dr
Apo. xj. Dabo duobꝫ teſtibꝫ meis ⁊ ꝓphe
¶ tabunt ⁊c̃. Aliud qđ ſpectat ad ſonum vo
cis eſt ipſum ſimbolũ. Ap'li namq; ſimbo
lum ediderunt. de quo ſimbolo eſt extrac
tum ſimbolũ qđ in miſſa cantat̃ Quilibꝫ
namq; ap'ls ſuum bolũ. i. ſuũ articulũ ibi
dem poſuiſſe refert̃. Petrus nãq; primũ
poſuit dicens. Credo in deũ patrem oĩpo⸗
tentẽ creatorẽ celi ⁊ terre. Secundum an
dreas dixit. Et in iheſũ xp̃m fi. eius vni.
dñm. no. Terciũ addidit iacobꝫ maior di
cens. Qui ꝯceptus eſt de ſpũ ſcõ natus ex
maria ꝟgine. Quartũ poſuit Johãnes di
cens. Paſſus ſub pon. pi. cruci. mor. ⁊ ſe
pul. Quintũ poſuit philippus dicẽs De
ſcendit ad infer. ter. die re. a mor. Sextũ
poſuit bartholomeus. di. Aſcendit ad ce⸗
los ſedet ad dextrã dei pa. oĩpo. Septimũ
poſuit thomas dicens. Inde venturus eſt
iudicare viuos ⁊ mortuos. Octauum ad
didit matheus. d. Credo in ſpũm ſanctũ.
Nonum poſuit iacobꝫ minor. d. Sanctã
eccl'iam catho. ſcõ. ꝯmu. Decimum poſuit
ſymõ chananeus. d. Remiſſ. pec. Undeci
mum poſuit iudas thadeus. d. Carnis re
ſur. Duodecimũ poſuit mathias dicẽs.
¶ Uitã eternã amen. Ad ſonum qui fit cũ
flatu ꝑtinent cantus. quo2 quidã cantat̃
in principio miſſe. quidã in medio. ⁊ qui
dam in fine ad ſignificãdum ꝙ debemus
deum laudare ꝓ beneficio qđ nobis dedit
in principio. medio ⁊ in fine. i. ꝓ beneficio
creationis. recreationis. ⁊ glorificationis
De iſto beneficio triplici laude dicit anſel
mus. Certe dñe q2 me feciſti debeo amori
tuo meipm totum. q2 me redemiſti debeo
amori tuo meipm totum. q2 tanta ꝓmit⸗
tis debeo amori tuo meipſum totum. im⸗
mo tñ debeo amori tuo plus q̃ meipſum
q̃tum tu es maior meipſo. ꝓ quo dediſti
teipſum ⁊ cui ꝓmittis teipſum. Uel ideo
ponunt̃ cantus in principio. in medio ⁊ in
fine. ad innuendum ꝙ debemus deũ lau
dare tanq̃ principium a quo ſunt oĩa. tã
q̃ finẽ ad quẽ tendunt oĩa. tanq̃ mediũ
per quẽ ꝯſeruantur oĩa. vt ſic verificet̃ qđ
ait apoſtolus Roma. xj. Ex ipſo ⁊ per ip
ſum ⁊ in ipſo ſunt omnia. ipſi gloria in ſe
cula ſeculo2 Amen.

¶ Finiunt̃ ſermones eximij ſacre theolo
gie profeſſoris Jacobi voraginis de ſanc
tis per circulum anni. impreſſi ⁊ exactiſſi⸗
ma diligentia correcti Anno domini. M.
CCCCLxxxiiij. xix. kal. Auguſti. de quo
ſit deus benedictus in ſecula.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

puer

thezauro.

absc[illegible]dito.

[illegible] mas

[illegible]

[illegible] corpus [illegible]

[illegible] aliud

In [illegible] 22

[illegible]

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf